

Lateinischer Wochenrückblick

12. März 2010, 13:00 Uhr

Nuntii Latini Septimanales 12.3.2010

Lateinischer Wochenrückblick 12. März 2010

Christoph Waltz praemio ornatus

Christoph Waltz Austriacus praemio Oscar honoratus est, quod partes levis momenti optime egit. Prima mulierum illud praemium Kathryn Bigelow accepit pro moderatione fabulae cinematographicae The Hurt Locker.

Custodia multorum annorum puniti

Quattuor terroristae, qui fuerunt e hetaeria islamica Sauerlandgruppe nominata, ad custodiam multorum annorum damnati sunt. Illi confessi erant participes fuisse societatis terroristicae atque complures et insidias et caedes paravisse.

Praeses consilii summae rei publicae novus

Andreas Voßkuhle praeses consilii summae rei publicae factus est. Qui iuris consultus a Democratis Socialibus nominatus Hans-Jürgen Papier iudici succedit. Hoc munus decem annos obtinebit.

Weitere Informationen:

[Nuntii Latini Septimanales 10/2010, \[1:25\]](#) 

[Lateinischer Wochenrückblick 10/2010](#) 

Deutsche Version

Quelle: <http://www.radiobremen.de/nachrichten/latein/wochenrueckblick/latein/nachrichten166.html>